Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8322
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

uos, recedite ab hac famula Deo deputata, et exite per potesta-
tem dextræ excelsi, per intemeratam uirginem Mariam matre
Domini nostri Jhesu Cristi, per transsubstantiationem panis in
corpus Cristi, sub manibus sacerdotum, per sanctam crucem,
in qua redempti sumus à uestra potestate, per nouem choros an-
gelorum: per Sanctum Michaelem, qui prælium uobiscum com-
misit, cum eiecit uos de regno coelorum, ne tardetis exire, quoties
tardabitis, toties per potestatem domini nostri Jhesu Cristi, cuius
cruore redempti sumus, super uos poena augmentabitur: ne igi-
tur dicatis in extremo iudicio tremendo, quia nemo nobis con-
tradixit cõmanere huic famulæ Dei N. præcipio uobis igit
per uerba supradicta et potestatem significatorum, per uerba
in potestate, quam dominus donauit apostolis suis, cum fecit uos
eÿcere ab hominibus, cum dixit infirmos curate, mortuos
suscitate, læprosos mundate, dæmones eÿcite, in cuius digito
uos eÿcio non meis peccatis requirentibus, sed sua pietate exite
✠ exite ✠ exite ✠ per eum qui uenturus est, iudicare
uiuos et mortuos, et seculum per ignem, et uos æterno igni
deputabit, ac tardet uos incendio: recedite præcipio uobis in
nomine patris, et filij, et spiritus sancti. Amen.

In uirtute domini nostri Jhesu Cristi ego præcipio uobis nequã
spiritus, quicunq; estis ut exeatis per hanc ueritatem sicut estis
eiecti de regno coelorum, et sicut uerum corpus Cristi hodie
sub specie panis manibus meis tractaui qui uerissimum cor-